

1700 .

\*

1. Ackermannus, Ioh. Siegfriedus : De schriftsanatione personali. Programma, quo ordinarius seu or et reliqui doctores fac. iur. Lipsioris ad memoriam Iak. Siegfredi Ackermannii celebrant.
2. Bauer, Joannes Gorpeius : Programma, quo summos injure honores . . . Joannis Christiani Schmidlio, Joannis Thaphilo Segero et Henrico Gorpeio Bauero . . . collatos indicis.
3. Bauer, Henr. Gorpeius : De empotentiae jure, vero domino
4. Bauerus, Henricus Gorpeius : De primum pupilli.
5. Bauerus, Henr. Gorpeius : De acquisititate a iustitia naturali diversa.
6. Bauerus, Henr. Gorpeius : De matrimonio conscientiae.



1760.

8. Friderici, Christoph Paul. Walli : de jure metato.

2um. Programe, quo ad praelectiones mas invitata 13

9. Mullerus, Augustus Fridericus : De libertate naturae  
et imperii humaci limitibus. Programe,  
quo candidatos magisterii ... et capessent  
summos iaphysophilic honoris invitata.

10. Richter, Zacharias : De modo acratione,  
arbitrariam 137 C.P.C. cum praxi "Parvula  
Constitandi". Programe, quo praelectio nes  
aestivas indicat.


11. Segerus, Johannes Theophilus : Historia  
juris Romani. . . de subtilis et curatio-  
nibus.

12. Steger, Primum, Ord. Tetrum proancellarias  
De genuina introductae simultaneo  
investiture causa. Programe, quo sole  
summa Doctoralia . . . Georgii Stephani



Wiesandi . . . celebranda indicat  
13. Wiesand, Georg Hepl: De origine et natura  
legis Sabical





9743

No: 771.  
1760, 5.

A E Q V I T A T E M  
A I V S T I T I A N A T V R A L I D I V E R S A M  
I L L V S T R I S I C T O R V M O R D I N I S  
A V C T O R I T A T E  
P R A E S I D E  
**D. HENR. GODOFREDO BAVERO**  
S V P R E M . C V R . P R O V I N C I A L . E T C O N S I S T .  
L I P S I E N S . A D V .  
I N A V D I T O R I O I C T O R V M  
D. VIII. OCTOBR. M D C C L X .  
P V B L I C E D E F E N D E T  
C H R I S T O P H O R V S H E N R I C V S B L V H E R  
S C H N E E B E R G . M O N T A N .

---

L I P S I A E  
E X O F F I C I N A L A N G E N H E I M I A



AEGAVITATEM  
MARITIMA DIVITIA  
HISTORIS ICOTORVM ORBIS  
ADYTOTATIS  
PRAECLARIS  
D. HENRICI GODOLPHI PAVERO  
SALVUM ET PROSPERUM ET CONFIRMATUM  
GESSANTIS VERA  
IN AEGAVIO ICOTORVM  
D. ALII DE TOTIS MODO  
MARIICIS DESTINANDIS  
CHRISTOPHERAS HENRICUS LIVIANUS  
LIPSIAS  
AD FRANCICUM LIBRARIUM  
1700





### §. I.

**V**bi colligere et proponere constituimus, quae *De Iurisprudentiae definitiōne.*  
ex Ciuii Iure disceptationibus in utramque partem, inservirent, e re esse in primis videtur,  
de Iurisprudentia ipsa quaedam praefari, et in veritatem definitionis, qualem veteres ICti nobis suppeditarunt, paucis inquirere, simulque, an diuisiones eius, suppeditatae nobis ab Interpretibus, ei conueniant, examinare. In quo consilio eo minus reprehendendi esse nobis videmur, quo magis res ipsa disputationi idonea, vehementerque, hoc nihil impediente, ab interpretibus, iisdem melioris notae, neglecta est. Ex quo iudicare debeo, nihil iis visum fuisse in ea dignum reprehensione, nec aliam substitui posse meliorem, quod ipsum tamen mihi nequaquam persuaderi patior.

### §. II.

**V**LPIANVS in l. I. pr. D. d. Iust. et I. ius artem ae-  
qui et boni dicit. Quae tamen definitio iuri ipsi tribui nulla ratione potest, quia cogitari plane nequit, vt, quod subiectum est alicui disciplinae, disciplinam ipsam efficiat, quemadmodum admo-

admodum nemo vñquam dixerit, medendi artem esse medicinam. Nec potest aliud sibi velle, ars boni et aequi, quam praceptorum de aequitate ac bonitate complexum. Quae pracepta ad descendam quidem et asséquendam aequitatem bonitatemque nos comitantur, ipsam vero eam constituere nequaquam possunt. Non potest igitur non **VLPIANVS** cit. l. 1. potius Iurisprudentiam, siue disciplinam iusti innuere voluisse, quam ipsum ius, quod ex eiusd. l. 1. §. 2. verbis sequentibus: *Huius studii, duae sunt positiones, etc.* luculenter patet. Etenim disciplina quidem, quae pracepta iuris continet et proponit, studii appellationem recipit, non vero ius, siue obiectum illud, cui studemus.

## §. III.

*De vera aequitatis notione.*

*An sit eadem cum iustitia naturali.*

Id vero in primis, vt partim de ipsius rei veritate, partim etiam de sententia **VLPIANI** iudicare valeamus, a nobis praestandum erit, vt veram notionem aequitatis, et eius in Iure vñsum indagemus aliquanto curatius. Mennio passim fit in LL. iustitiae naturalis ita, vt iuri opponatur, quod legimus in l. 13. §. 7. D. d. *Excusat. tutor. l. 3. C. d. Administr. Tutor.* Quam naturalem iustitiam, non absurde quis putauerit esse aequitatem ipsam. Partim, quia idem quoque de aequitate aliis locis praedicari intelligimus v. l. 1. C. d. LL. l. 90. D. d. R. I. l. 25. D. d. LL. l. 52. §. fin. d. *Pacl.* partim vero, et hoc in primis, quia nihil obstat videtur, quominus, vbi iustitia occurrit, aequitatem, et contra, vbi aequitas, iustitiam sine vña verae legis sententiae, substituamus, offensione. Quidni enim, prout Iustinianus aequitati naturali conuenire dicit §. 40. I. d. R. D. et A. R. D. vt domini rata sit, volentis rem suam in alium transferre, voluntas, idem de naturali iustitia dicamus? Quidni **VLPIANI** de iustitia definitio, obvia in l. 10. D. d. *Iust.*

er



A IVSTITIA NATVRALI DIVERSA. V

I. quam eum in modum TRYPHONINVS declarat l. 31.  
 §. 1. D. depos. vt non disrabantur ab ullius personae iustiore  
 petitione, quidni igitur haec ex ase aequitatis notioni re-  
 spondeat. Nec multum deerat, quominus adiecerim cal-  
 culum his rationibus, mihique persuaserim, vnam esse ean-  
 demque aequitatem et iustitiam naturalem, illamque adeo per  
 hanc commode posse definiri. Verum curatus re perpensa, *Quod nega-*  
*inuenisse mihi videor, non eandem omnino vtriusque tur-*  
*vim esse.*

§. IV.

Cur ita statuam, vberius exponam. Occasionem de *Ex. I. 8. C. d.*  
 hac re dubitandi suppeditabat l. 8. C. d. *Iudic.* ubi: *placuit, Iudic.*  
*in omnibus rebus praccipuam esse iustitiae aequitatisque, quam*  
*strix iuri rationem.* Quippe in hac lege aequitas et iu-  
 stitia per voculam et connectuntur, ex quo colligendum est,  
 distincta haec duo esse, et a se inuicem differre, quoniam si  
 animus fuisset Legislatoribus CONSTANTINO et LICINO, ut  
 alteram harum vocum altera declararent, credendum est, voce  
 potius *sive* eos fuisse vsos. Vnde vehementer miror, quod vi-  
 deo ANTON. FABRVM *Iprud. Papin.* Tit. I. Princ. II.  
*Ilyat.* I. vt probet, pro synonimis Romanos his vocibus  
 fuisse vsos, ad hanc l. prouocare, quae ipsa occasionem  
 mihi praebuit, contrariam sententiam amplectendi.

§. V.

In qua opinione magis me confirmarunt quaedam *Deinde ex I.*  
*iuris capita, in quibus, aequitatis loco vt iustitiae vocabulum*<sup>25</sup>. *D. d. LL.*  
 substituatur, mihni quidem non videtur esse admittendum.  
 Scilicet in l. 25. D. d. LL. *iuris ratio et aequitatis benignitas*  
 sibi inuicem opponuntur. Quenam vero alia fingi potest  
 condendi iuris ratio, quam ipsa iustitia. Eo redeunt o-  
 mnes leges, vt firma stet, floreatque iustitia, neque, pro di-  
 uersis cuiuslibet inclinationibus, ludibrio se haberi, et in di-



## VI AEQUITAS

uersas trahi partes patiatur. Estque profecto verus hic et solus legum omnium finis. Hinc appellatum esse a iustitia ius, VLPIANVS dicit l. i. pr. D. d. Iust. et I. Non, ut vocis deriuationem nobis demonstraret. Quae sententia, prout, sine summo ignorantiae opprobrio, affingi VLPIANO nequit, nullam in homine latino speciem veritatis recipit. Quanquam vero iustitia dicta est a iure, quippe quae stat et constituta est in iure, Diuina tamen illa vis et qualitas, quae ipsa iustitia vocatur, quasi umbram sui et simulacrum nostro pectori impressit, simulque praecpta, ad eam adornata, quae ius ipsum efficiunt, nobis inscriptis; quo adeo intuitu ius ipsum vere est post iustitiam, quamvis nos homines ius demum perducat ad iustitiae cognitionem, nobisque humanarum actionum ad iuris praecpta compositione ipsam significare debeat iustitiam. Quod si igitur, quod probasse mihi videor, vera iuris ratio ipsa est iustitia, et huic opponitur aequitas, non potest eadem utriusque vis tribui et significatio.

## §. VI.

*Aliud argumentum ex eadem legge.*

Deinde etsi nihil dixerit MODESTINVS in cit. l. de iuris ratione, virtus illa, quam aequitati tribuit, benignitatem puta, discriminem inter aequitatem et iustitiam abunde sola demonstraret. Nemo profecto adeo ab omni experientia est alienus, ut ignoret, benignitatem nunquam, rigorem severitatemque semper iungicomittem iustitiae. Iustitiae enim norma semper est ius, quippe in quo constituta est, ex quo appellatur, et ex quo diiudicat hominum actiones, neque, fauore eorum, latum vnguentum a praescripto legis recedit. Hinc Dauides, peracto cum Bathseba adulterio, concussum et perterritum iustitiae diuinae severitate Psalm. 51. contra rigidam illius vocem, tremendasque minas, ad benignitatis et clementiae Diuinae tutelam prouocat.

## §. VII.

A IVSTITIA NATVRALI DIVERSA. VII

§. VII.

Quum itaque sine iure iustitia nulla, et ex eo *Iustitia eas-*  
solo determinanda sit, non potest non, quas ipsum *dem, cum iure*  
*ius, pro diuersitate autoris, agnoscit, easdem et-*  
*iam diuisiones recipere iustitia, atque adeo, ad illius*  
*modum, in ciuilem pariter, atque naturalem diuelli, quam-*  
*vis nullibi in iure nostro mentio fiat iustitiae ciuilis, quod*  
*ne fieri quidem propterea potest, quod autores iuris ciuilis,*  
*simil etiam iustitiae autores, adeoque ante illam exti-*  
*terunt. Ad ius vero, siue iustitiam naturalem, cui videlicet*  
*ipsis etiam, tanquam hominibus, parendum fuit, vtique re-*  
*spicere oportuit, vt norma viuendi ab iis proposita, puto*  
*ipsum ius, ciuale dictum, ad illius praecepta compositum*  
*esse intelligeretur. Quibus omnibus mihi quidem abunde*  
*videtur confici, rationem iuris esse ipsam naturalem iusti-*  
*tiam, hancque adeo, vt de vera aequitatis notione nobis con-*  
*fert, conferre posse omnino nihil.*

§. VIII.

Quod practerea etiam diserte confirmat *I. 52. §. fin.* Porro ex *I. 52.*  
*D. d. Pacf. ibi: rescriptum est, neque iure vlo neque ae-*  
*quitate tale desiderium admitti. Quippe quod, secundum *§ fin. D. d.**  
*ea, quae attuli, idem est, ac si dixerit **V L P I A N V S**, probatur, a*  
*neque ciuiliter neque naturaliter iustum, neque ae-*  
*quum esse tale desiderium. Ad quam legem declarandam *Pacf. et I. 85.**  
*apprime facit *I. 85. §. 2. D. d. R. I.* vbi: aequitatis deside-*  
*rium naturalis ratio, aut iuris dubitatio moratur. In qua*  
*lege naturalis ratio loco iustitiae siue juris naturalis Paulo di-*  
*citur, cuiusque adeo haec est sententia: quoties intentio*  
*actoris aequitati consentanea iustitiae naturali et iuri stricto*  
*aduersari videtur, iustis decretis res temperanda est.*

§. IX.




VIII. AEQUITAS A IVST. NATVR. DIVERSA.

§. IX.

*Ex prioribus  
deducitur ab  
iniucem haec  
tria sedulo se-  
paranda esse:  
ius strictum  
iustitia et ae-  
quitas.*

Sedulo igitur haec tria in iure nostro separanda sunt, et neutrum eorum cum altero confundi debet: Ius strictum, siue ius ciuale scriptum, iustitia, siue ratio naturalis, et aequitatis. Istud propterea strictum dicitur, quoniam scriptum est, adeoque certissimam, nullisque obnoxiam dubitationibus recipit interpretationem, l. 12. §. 1. D. qui et a quib. miniss. lib. non sunt. Illam modo definiui, simulque utilitatem illius in Iure Ciuali insignem, quod confirmant l. 13. §. 7. D. d. *Excusat. tut. l. 3. C. d. Administr. tut. l. 8. C. d. Iudic. l. 25. D. d. LL. l. 25. verb. fin. D. d. Paſt.* ex eo demonstravi, quod lex naturae omnibus hominibus est insita, vnde in confirmingando eo magisque declarando versari Legislatoris officium, adeoque generalis et remota ratio omnis Ciuilis Iuris in ipsa naturali iustitia consistere debet. *Id vero scire leges esse, vt non tantum verba earum, sed vim etiam et potestatem teneamus, neminem praeterit l. 17. d. LL.* Huius denique, aequitatis puto, non minus egregium esse in iure nostro usum, ex l. 90. D. d. R. I. l. 8. C. d. *Iudic.* aliisque plurimis Iuris capitibus abunde probatur. Hanc igitur aequitatem, (quia instituti ratio non patitur, vt simus longiores) quam hactenus a iustitia et ratione naturali diferre vidimus, prima nobis oblata occasione ut definiamus, eiusque in iure usum demonstremus, nostrarum erit partium.







VD18



f


TA → OL

nur Hg Stück verknüpft



No: 771.  
1760,5.

B.I.G.



E Q V I T A T E M  
TITIA NATVRALI DIVERSAM  
LVSTRIS ICTORVM ORDINIS

A V C T O R I T A T E

P R A E S I D E

CNR. GODOFREDO BAVERO

EM. CVR. PROVINCIAL. ET CONSIST.  
LIPSIENS. ADV.

A V D I T O R I O I C T O R V M

D. VIII. OCTOBR. M D C C L X.

P V B L I C E D E F E N D E T

T O P H O R V S H E N R I C V S B L V H E R

S C H N E E B E R G. M O N T A N.

L I P S I A E

X O F F I C I N A L A N G E N H E I M I A